

## Le livre des serfs de Marmoutier, Appendix, Nr. 10

Si paradisi gaudia, unde peccando excidimus, recuperare volumus, bonum est ut eleemosinis peccata redimendo illuc redeamus. Quapropter ego Berlaicus de Monte Sorello, pro amore Dei et pro remedio animee meo animarumque totius generis mei, concedo Sancto Petro Burguliensi monachisque ejusdem loci, unam conlibertam, nomine Gasbertam, uxorem Fulconis de Valeia, cum omni fructu qui ex ea processerit. Hec vero colliberta est de fevo Petri Wirchere; ipso Petro annuente et auctoritate sua hanc cartulam, quam pro hac re facere jussi, corroborante. Si quis vero ex heredibus meis, pro hac colliberta vel pro fructu, ipsis monachis calumniam inferre presumpserit, iram Dei omnipotentis incurrat et a consortio bonorum segregatus, infernum sine fine, nisi resipuerit, possideat. Hujus nutem donationis testes sunt: Mainardus presbiter, Bernardus Brito, Fulcerius vicarius et plures alii.